

Gualterus Burlaeus
Expositio super libros Politicorum
lib. 1, tract. 1, cap. 1

A transcription of MS Vatican, Borgh. 129

Juhana Toivanen

University of Jyväskylä

Introduction

This is a transcription of the beginning of Walter Burley's (c. 1275–after 1344) commentary on Aristotle's *Politics*. Walter was one of the most important and influential philosophers of the fourteenth century, and his commentary on the *Politics*, which is extant in thirty-six manuscripts, has been dated between 1338/39 and 1342.¹ The transcription reproduces the text of Vatican, MS Borgh. 129, fol. 1r–148v (here fol. 2rb–6va), which I have accessed in a high quality digital reproduction in colour.² Walter divides the work in descending order into books, tractates, chapters, parts, and articles; the present transcription omits the dedicatory preface and contains the first chapter of book one, tractate one, which covers Aristotle's argumentation in *Politics* 1.2, 1252a1–1253a38.

The following general editorial principles have been followed in preparing the transcription: the abbreviations have been silently expanded; the orthography has been classicised; the punctuation has been modernised; the

¹Christoph Flüeler, *Rezeption und Interpretation der Aristotelischen Politica im späten Mittelalter*, 2 vols. (Amsterdam: B.R. Grüner, 1992), vol. 2, 13–22. For a biography, see Marta Vittorini, "Life and Works," in *A Companion to Walter Burley: Late Medieval Logician and Metaphysician*, ed. A. D. Conti (Leiden: Brill, 2013), 17–28

²Available at https://digi.vatlib.it/view/MSS_Borgh.129/0001.

paragraph divisions are mine (although they often agree with those in the manuscript); and the section titles have been added. The aim has been to give access to the precise text of the manuscript, and keeping with this aim, the text has not been emended in any other way; in particular, I have left grammatical errors intact and I have not tried to clarify indiosyncratic passages or correct any other mistakes. It goes without saying that collating the transcription with other existing witnessess will solve several puzzles and allow establishing a more reliable text, but it is my hope that already the present transcription will serve researchers interested in medieval commentaries on *Politics* in general, and in Walter's exposition commentary in particular.

The transcription includes two apparatuses. The first of them is dedicated to references, mainly to Aristotle's *Politics*. When the author's quote differs from the Latin text published in the Aristoteles latinus series, I have quoted the text from the latter in the apparatus for convenience. The other apparatus is for critical notes. As I have not done much editorial work, its main function is to reproduce marginalia. However, the manuscript contains several corrections by another hand (marked here as *V*¹), and since I have accepted these corrections, I provide the original readings in the apparatus.

The transcription is published under the Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License (CC BY-NC-ND³): it may be shared and quoted freely, but commercial use and changes are prohibited.

Sigla

⌈ 2 voces ⌋	<i>fenestram duarum fere vocum capacem reliquit librarius</i>
a.c.	<i>ante correcturam</i>
add.	<i>addidit</i>
corr.	<i>correxi, correxit</i>
del.	<i>delevit</i>
exp.	<i>expunxit</i>
fort.	<i>fortasse</i>
in mg.	<i>in margine</i>
scr.	<i>scripsit</i>
vid.	<i>videtur</i>

³<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0/>

⟨Liber primus⟩

V 2rb Subiectum libri politicorum, cuius intentionem intendo cum brevitate et facilitate qua potero compilare, est civitas in qua pro materia est multitudo hominum sufficiens ad omnia exercenda, quae ad vitam requiruntur. Forma civitatis est ipsa civium ordinatio cuius subiecti partes, passionem et partium passionem considerat.

5

Et continet iste liber octo libros. In primo determinatur de primis partibus integranibus civitatem—scilicet de domo et partibus domus perfectae, cuiusmodi sunt dominus, servus, pater, filius, vir et uxor—et ars acquirendi possessiones naturales et artificiales. In secundo libro, *Quia considerare*, determinatur de civitate et politiis secundum opinionem aliorum. In tertio libro, *Ei autem qui de politia*, determinat Philosophus principaliter de regno secundum opinionem propriam. In quarto libro, *In omnibus artibus*, determinat de aliis politiis. Est enim politia ordo distributionis principatum per comparisonem ad finem intentum. In quinto libro, *De aliis quidem*, determinatur de salvatione et corruptione et transmutatione politiarum et de causis horum, scilicet, salvationis et corruptionis etc. In sexto libro, *Quot quidem igitur differentiae*, determinatur de institutione politiarum et principatum generaliter. In septimo libro, *De politia*, determinatur de institutione optimae politiae, extendendo nomen ‘optime politiae’ ad politiam communi nomine dictam et ad aristoticam et ad regnum. In octavo libro, *Quod quidem igitur legislatori*, determinatur de disciplina iuvenum, qualiter scilicet sunt instruendi ad opera civilia et ad virtutes.

10

15

20

V 2v Quaestiones principales primi libri sunt novem. Rubrica: |

- ⟨1⟩ Prima quaestio: Quid est servus? Movetur et solvitur tractatu primo, capitulo quarto, quod servus est organum animatum activum separatim alterius homo existens. 25
- ⟨2⟩ Secunda questio: Utrum aliquis sit servus secundum naturam? Movetur et solvitur tractatu primo, capitulo tertio, utrum aliquis naturalis talis quod aliquis sit servus secundum naturam, quia videmus quod a nativitate homines sunt segregati: quidam nati ad subici et quidam ad principari. 30
- ⟨3⟩ Tertia questio: Utrum aliquis sit servus aliter quam secundum naturam? Movetur et solvitur questio tractatu primo, capitulo tertio, quod

9 Pol. 2.1, 1260b27. 11 Pol. 3.1, 1274b32. 12 Pol. 4.1, 1288b10. 14 Pol. 5.1, 1301a19.
16–17 Pol. 6.1, 1316b31. 18 Pol. 7.1, 1323a14. 20 Pol. 8.1, 1337a11.

aliquis est alio modo servus quam secundum naturam, scilicet captivatus in bello iusto est servus secundum legem, et hoc iuste introductum est in favorem bellantium, ut scilicet magis animentur, quod expedit eis et etiam civitati.

- 5 <4> Quarta questio: Utrum principatus despoticus dicatur secundum scientiam? Movetur et solvitur tractatu primo capitulo tertio quod principatus despoticus non dicitur secundum scientiam, tamen ad bene esse principatus despotici requiritur scientia tam in domino quam in servo.
- 10 <5> Quinta quaestio: Utrum pecuniativa, hoc est ars acquirendi pecuniam, sit eadem oeconomicae vel pars eius vel administrativa ei? Movetur et solvitur tractatu secundo, capitulo primo, quod non est eadem oeconomicae, sed administrativa ei, quia pecuniativa acquirit illud quo oeconomica utitur.
- 15 <6> Sexta questio: Utrum principans et subiectum—ut dominus, servus; vir, uxor; pater et filius—habeant virtutes morales, vel solum principantes? Movetur et solvitur tractatu tertio, capitulo secundo, quod sic quod uterque habet virtutes morales.
- 20 <7> Septima questio: Utrum eadem sit virtus secundum speciem principantis et subiecti? Movetur et solvitur tractatu tertio, capitulo secundo, quod differunt specie—ut patet in partibus animae, quarum una principatur alteri; illarum enim partium virtutes differunt specie. Et non solum virtutes principantis et subiecti differunt specie sed virtutes principantium diversorum secundum speciem differunt specie.
- 25 <8> Octava questio: Utrum virtutes morales principantium diversorum secundum speciem differunt specie? Movetur et solvitur tractatu tertio, capitulo tertio, quod sic; et non solum virtutes principantium diversorum secundum speciem differunt specie sed virtutes morales subiectorum diversorum secundum speciem differunt specie.
- 30 <9> Nona questio: Utrum oporteat artifices habere virtutes morales ad hoc quod bene faciant opera sua? Movetur et solvitur tractatu tertio, capitulo tertio, quod non in eo quod artifices; sed inquantum habent artificium respiciens conversationem et vitam humanam oportet quod habeant virtutes morales. |

V 3ra

35 *Omnem civitatem.* Primus liber continet tres tractatus. In primo tractatu continetur proemium et etiam determinatur de combinatione domini et servi

35 *Pol.* 1.1, 1252a1: “Quoniam omnem civitatem”.

7 bene] *in mg.* V¹ *corr.* ex breve V 12 sed] *add. in mg.* V¹

sive de principatu despotico, quo scilicet dominus principatur servo. In secundo tractatu, *Totaliter autem de omni possessione*, determinatur de arte acquisitiva possessionum quae sunt organa oeconomio. Haec autem ars acquirendi possessiones vocatur possessiva. In tertio tractatu *Quoniam autem tres partes* determinatur de aliis duabus coniugationibus partium domus, scilicet viri, uxoris, patris et filii. 5

⟨Tractatus primus⟩

Tractatus primus continet tria capitula. Capitulum primum continet prooemium. In secundo capitulo, *Quoniam autem manifestum*, movetur et solvitur prima quaestio principalis, quae est circa principatum despoticum, quaerens quid est servus. In tertio capitulo, *Utrum aliquis est natura talis*, solvuntur tres 10
questiones circa principatum despoticum, scilicet an aliquis sit servus secundum naturam; an aliquis sit servus alio modo quam secundum naturam; an dominus et servus differunt secundum scientiam vel non.

⟨Capitulum primum⟩

Capitulum primum est prooemium quod continet duas partes principales. In prima proponit intentionem suam declarando qualitatem sui subiecti, scilicet civitatis. In secunda, ibi *Propter quod omnis civitas*, concludit quasdam 15
quaestiones, quae sequuntur ex praedeterminatis in prima parte.

⟨Pars prima⟩

Prima pars continet tres particulas. In prima ostenditur quod finis civitatis est optimum bonum humanum. In secunda, *Quicumque existimant*, ostenditur 20
quod communitas civitatis differt ab aliis communitatibus et qualiter differt ab eis. In tertia, *Manifestum autem erit*, dat viam ad cognoscendum civitatem seu communitatem civitatis

⟨Particula prima⟩

In prima igitur particula ostenditur quod finis civitatis est optimum bonum humanum, et hoc est prima quaestio huius libri. Probatur sic: omnis commu-

2 *Pol.* 1.8, 1256a1. 4–5 *Pol.* 1.12, 1259a37. 8 *Pol.* 1.3, 1253b1. 10 *Pol.* 1.5, 1254a17: “utrum autem est aliquis natura talis”. 16 *Pol.* 1.2, 1252b30. 19 *Pol.* 1.1, 1252a7: “quicumque quidem igitur existimant”. 21 *Pol.* 1.1, 1252a17.

23 conclusio prima *in mg.* V

nititas seu societas instituta est instituta propter aliquod bonum, quia propter aliquem finem, et finis et bonum idem sunt. Ergo melior et principalior communitas est instituta propter finem meliorem et principaliorem. Sed inter omnes communitates humanas secundum iudicium rationis institutas civitas est principalissima, quia complectitur omnes alias communitates. Ergo
 5 est propter optimum bonum humanum, et per consequens finis civitatis est optimum bonum humanum.

Intelligendum est quod quia rei melioris est finis melior, ut patet ex prooemio primi *Ethicorum*, et civitas est melior quam aliqua alia communitas ab
 10 hominibus instituta, ideo finis civitatis est optimus; et est per se sufficientia ad bene vivere. In civitate namque potest homo invenire sufficientiam ad vitam et ad regimen virtuosum, quam in aliis communitatibus non potest invenire, ut in communitate domus vel vici: non potest homo invenire in una domo vel uno vico omnia quae requiruntur ad bene vivere hominis, sed magis
 15 in civitate; quod enim deficit in una domo vel in uno vico invenietur in alia domo vel in alio vico. Et intelligit hic per civitatem indifferenter civitatem et regnum.

⟨*Particula secunda*⟩

Quicumque quidem igitur existimat. Haec est secunda particula, in qua ostenditur quod communitas civitatis differt specie ab aliis communitatibus, quia
 20 complectitur omnes alias communitates et ideo necessario differt ab eis, quia est totum et aliae communitates sunt eius partes. Et propter hoc male dixerunt dicentes communitates | non differre specie sed solum paucitate et
 multitudinem hominum, ut quod idem sint magna domus et parva civitas, et quia secundum differentiam communitatum est differentia principatum in
 25 eis. Dixerunt eundem principatum esse politicum, regalem, oeconomicum et despoticum, et quod non differunt specie.

Sed quod illud sit falsum, declarat Philosophus specialiter de principatibus politico et regali, ostendendo quod principatus politicus et principatus regalis differunt specie. Et hoc est secunda conclusio huius libri. Probatur sic:
 30 in principatu regali ille, qui praeest ut rex, simpliciter praeest et in nullo su-

V 3va

9 Fort. *EN* 1.1, 1094a6–7; 1.2, 1094b7–10. Cf. Auctoritates Aristotelis (ed. Hamesse), 324 (45): “Cuius finis est melior, ipsum quoque melius” (de tertio *Topicorum*). 18 *Pol.* 1.1, 1252a7: “Quicumque quidem igitur existimat”.

5 communitates] civitates a.c. V 18 *quicumque*] secunda particula in mg. V 20 differt] post hoc^r 1 vox^r exp. 28 conclusio secunda in mg. V principatus] V¹ corr. ex principalis V 29 conclusio] in mg. V¹ corr. ex quaestio V

bicitur; sed in principatu politico ille, qui praeest, non simpliciter praeest sed secundum leges positas, ita quod partim est principans et partim subiectus, prout scilicet oportet eum sequi leges civitatis positas, et secundum hoc est subiectus legi.

Sciendum quod quamvis maior et minor multitudo hominum non differant specie, tamen regnum, civitas et domus differunt specie, quoniam multitudo et paucitas hominum sunt materialia in istis communitatibus, et habitudo seu ordinatio hominum ad invicem et ad praesidentem seu principantem in tali multitudine est formale in communitate. Et quia alia et alia est ordinatio secundum speciem hominum ad principantem in regno et ad principantem in civitate vel in domo et ideo istae communitates differunt specie.

⟨*Particula tertia*⟩

Manifestum autem erit. Haec est tertia particula, in qua datur via ad cognoscendum communitatem civitatis. Et primo in generali, secundo in speciali. In generali sic: unumquodque compositum cognoscitur per cognitionem partium simplicium ex quibus componitur. Cognitio enim totius habetur per resolutionem eius ad simplicia ex quibus componitur, ut videatur qualiter nascitur ex eis. Si quis enim ex principio res nascentes viderit, optime contemplantur veritatem in eis. Quia igitur civitas est quoddam compositum, non potest | haberi eius cognitio nec sciri qualiter complectitur alias communitates, nisi cognoscantur partes civitatis et qualiter civitas nascitur a prioribus communitatibus.

V 3vb

Necesse itaque. Deinde in speciali dat viam cognoscendi civitatem ostendendo in speciali, quae sunt primae communitates, ex quibus civitas constituitur et procedit. Civitas enim componitur ex domibus et vicis, et secundum hoc ista pars continet duas partes: in prima ostenditur ex quibus constituitur domus; in secunda, ibi *Ex pluribus autem domibus*, ostenditur ex quibus constituitur vicus. Et ideo oportet primo videre quae sunt communitates seu combinationes partium domus sine quibus non potest esse communitas civitatis. Et sunt duae. Prima combinatio in domo est maris et feminae, secunda vero est domini et servi.

13 *Pol.* 1.1, 1252a17. 18–19 *Pol.* 1.2, 1252a24–26: “Si quis enim ex principio res nascentes viderit, quemadmodum et in aliis et in hiis optime utique sic contemplantur.” 23 *Pol.* 1.2, 1252a26. 27 *Pol.* 1.2, 1252b15.

5 nota quid est formale civitatis et domus *in mg.* V 15 cognoscitur] *add. in mg.* V¹ 19 nota qualiter in plantis est masculus et femina *scr. in mg.* V *sed del.* (V¹?)

Prima igitur combinatio naturalis est maris et feminae et est gratia generationis respectu cuius sine invicem esse non possunt. Et haec combinatio non est per electionem, per quam homo differt ab aliis viventibus naturalibus, sed est secundum principium naturale commune animalibus et plantis, in quibus, sicut in hominibus, generans naturaliter appetit derelinquere tale quale ipsum est. Secunda combinatio est domini et servi, quae est propter salutem, hoc est, propter sustentationem vitae.

Quis autem est naturaliter dominus et quis naturaliter servus narrando docet Philosophus dicens quod ille, qui pollet intellectu, qui potest per prudentiam praevidere quae fugienda sunt et quae prosequenda, est naturaliter principans. Et ille est servus naturaliter, qui deficit mente et est robustus corpore, ita quod potest exequi praevisa a domino. Haec autem combinatio sive coniugatio domini cum servo utriusque expedit, nam dominus aliquando propter defectum roboris non potest exequi expedientia ad salutem, et servus propter defectum mentis non potest fugienda et expedientia praevidere. Si igitur coniungatur prudentia cum robore corporis prudentiae obedientis, tam dominus quam servus possunt consequi necessaria ad salutem.

V 4ra

Circa istud dictum Philosophi hic, quod coniugatio maris et feminae in hominibus est naturalis sicut in aliis animalibus et plantis, notanda sunt duo. Primum est quod licet homo per principium commune primo inclinatur ad copulam coniugalem, quae inclinatio non est per electionem per quam haec copula perficitur, dum quilibet coniugum consentit in alterum libere et secundum electionem. Secundo est notandum quod in plantis invenitur vis masculina et feminina coniuncta in eodem individuo. In uno tamen individuo magis habundat una vis quam alia, et istae vires in planta semper se habent sicut mas et feminae tempore coitus.

Natura quidem igitur. Quia dictum est quod duae sunt combinationes, scilicet maris et feminae, et domini et servi, et aliquis posset credere quod non sunt diversae combinationes, quia femina et servus idem sunt, ideo Philosophus istud dubium removens ostendit quod servus et femina naturaliter distinguuntur. Et haec est tertia conclusio huius libri. Probatum sic: natura non ordinat unum nisi ad unum officium solum, puta aures ad audiendum, oculos ad videndum. Ex hoc arguitur sic: illa quae ordinantur naturaliter ad

27 *Pol.* 1.2, 1252b1.

9 nota quod naturaliter dominus est qui pollet mente, naturaliter servus est robustus corpore deficiens mente *in mg.* V 11 principans] *add.* naturaliter *a.c.* V naturaliter] *add.* *in mg.* V¹ deficit] V¹ *corr.* ex deficiet V 19 nota qualiter coniugatio maris et feminae est naturalis *in mg.* V 23 nota qualiter in plantis est masculus et femina *in mg.* V¹ 31 tertia conclusio *in mg.* V

diversa officia, naturaliter distinguuntur; femina et servus ordinantur naturaliter ad diversa officia, quia femina naturaliter ordinatur ad generationem et servus ad laborandum seu serviendum, quae servitia sunt naturaliter et totaliter distincta; ergo femina et servus naturaliter distinguuntur.

Circa ostensionem maioris dicit Philosophus, quod natura non facit similia Delfico gladio, id est instrumento ferreo, quod fit in Delfis pro pauperibus, eo quod ibi pauperes utuntur eodem instrumento ad plura officia, ut ad fodendum terram et ad scindendum ligna et ad pugnandum, sicut accidit apud nos, quod servientes eodem instrumento elevant garbas et faenum et etiam contra invasores se defendunt. Sed natura non sic facit, sed | unum ordinat ad unum officium tantum.

Inter barbaros autem. Ex hoc patet error barbarorum, qui feminam et servum ad idem officium ordinant. Causa autem illius erroris barbarorum est, quia apud eos non sunt naturaliter principantes seu mente naturalem ordinem praevidentes, sed sunt naturaliter servi. Et ideo apud eos non est combinatio domini cum servo vel ancilla, sed servorum cum ancillis vel servis. Eandem enim personam ponunt uxorem et ancillam, et hoc est propter defectum rationis, ut dictum est. Et propter hoc poetae bene dicunt quod Graeci, cum sint prudentes, congrue debent principari barbaris, tanquam naturaliter idem sit esse barbarum et esse servum.

Domus igitur perfecta consistit in hiis duabus combinationibus seu communitatibus, scilicet maris et feminae, domini et servi, quarum personae communicant eodem pulmento et eodem foco et huiusmodi, quae in usu cotidiano veniunt, licet multa alia sunt in domo. Non tamen in omni domo est communicatio domini et servi, quod accidit propter paupertatem. Nam in domo pauperis non est communicatio domini et servi, sed ibi bos obtinet locum ministri, vel alia bestia ut canis vel catus.

Notanda sunt hic duo. Primo circa illud quod dicitur, quia unum naturaliter ordinatur ad unum officium tantum, quod hoc debet sic intelligi sic quod unum ordinatur principaliter tantum ad unum officium. Et per hoc patet responsio ad instantiam de lingua, quae congruit in duo opera naturae, quoniam lingua non congruit per se et principaliter nisi ad gustum, sed ad locutionem congruit cum multis aliis, scilicet cum gutture, palato et dentibus. Potest iterum sic intelligi, quod unum non ordinatur ad plura officia, quae se mutuo impediunt. Ista autem duo opera, gustus et locutio, in lingua non

12 *Pol.* 1.2, 1252b5.

21 duabus] duobus *a.c.* V 28 nota qualiter debet intelligi quod unum ordinatur ad unum officium tantum *in mg.* V¹

impediunt se mutuo.

Secundo est notandum quod nomen ‘barbari’ extraneitatem importat. Ideo ille est tibi barbarus cuius linguam ignoras. | Simpliciter autem barbarus est qui deficit a ratione, cuius defectus causa est mala dispositio corporis, vel ex plaga caeli vel ex nutrimento vel ex consuetudine corrupta vel ex electione prava. Tales enim extranei sunt a conversatione humana, quae regulatur rectitudine rationis. V 4va

⟨*Secunda pars particulae tertiae*⟩

Ex pluribus autem domibus. Haec est secunda pars tertiae particulae, in qua ostenditur ex quibus constituitur vicus, narrans ex quibus et qualiter processit vicus et communitas vici sive vicinia. Et modus procedendi talis erat: filiis enim et filiabus in domo paterna multiplicatis et connubia facientibus secundum aetates suas recesserunt a domo paterna facientes domos suas iuxta paternam domum. Et sic vicus naturaliter processit ex multis domibus secundum processum naturalem puerorum ex pueris, et sic completur vicinia ortum habens ex prima domo. 10 15

Communitas vici differt a communitate domus per hoc quod vicinia non communicant in actibus cotidianis sicut facit domus, ut dictum est, sed communicant in aliis secundum quod utile fuerit ipsis viciniis. Unus enim vicinus, quandoque accomodaverat aliquid alteri vicino aut contractum facit cum eo, et sic de similibus, sed non quolibet die. 20

Multiplicatis autem vicis secundum modum praedictum constituta est civitas, quae est communitas perfecta habens in se sufficientiam vitae. Ex ratione enim civitatis est, quod in ea sint tot homines communicantes in necessariis ad vitam, ut plene sufficiant ad omnia necessaria ad vitam. Unde civitas primitus instituta fuit propter salutem vitae, et ex consequenti instituta est propter bene vivere et secundum virtutem ordinatis legibus, secundum quas cives moverentur regulariter ad virtutem, iuste invicem in necessariis ad vitam communicantes. 25

Et quia paterfamilias antiquitus secundum suam prudentiam | regebat familiam prout ei expediens videbatur statuens leges super eam, ideo dicebatur rex a regendo, non solum familiam illius domus, sed a regendo totam progeniem in vicum diffusam, tanquam stipes naturaliter senissimus et plu- V 4vb 30

8 *Pol.* 1.2, 1252b15.

11 et] est *a.c.* V 18 nota qualiter debet intelligi quod unum ordinatur ad unum officium tantum *in mg.* V *sed del.* (V¹?) 29 suam prudentiam] *add. in mg.* V¹

ra expertus. Et inde est quod antiquitus quedam civitates instituebant reges super eas, quos volebant habere sic se ad eos sicut pater se habet ad progeniem suam. Dicebant enim sic esse apud deos dicentes eos regi a quodam principalissimo, vitam deorum vitae humanae assimilantes. Verumtamen vici primitus erant dispersi, sed postea natura movente et ratione cognoscente quod erat expediens convenerunt in civitates, non solum propter vivere sed propter bene vivere. 5

Notanda sunt hic duo. Primo quod civitas est per se sufficiens. Nec obstat quod civitates sibi invicem subveniunt, nam quod una civitas indiget auxilio alterius est propter corruptionem humanae concupiscentiae, quae non est contenta sufficientia sed quaerit superflua et curiosa et ostentantia. Unde quod una civitas indigeat alterius subsidio non est a natura sed a corruptione humanae concupiscentiae. Civitas etiam dicitur per se sufficiens quia habet ex se sufficientiam ad vitam, quia quicquid est necessarium pro vita conservanda invenitur in ea. 10 15

Secundo est notandum quod secundum intentionem Philosophi mundus fuit ab aeterno, et per consequens civitates et regna erant ab aeterno. Et hoc quod Philosophus dicit hic, quod vicus procedit ex prima domo, est intelligendum non simpliciter, quia omnem domum praecessit domus. Verumtamen post determinatum diluvium generale fiebat domus de novo, et etiam vici et civitates. Et sic est dare primam domum—non simpliciter sed in respectu ad determinatum tempus. 20

⟨*Pars secunda*⟩

V 5ra *Propter quod omnis civitas.* Haec est secunda pars principalis huius proemii in qua Philosophus | concludit quasdam quaestiones, quae sequuntur ex praedeterminatis in prima parte; et sunt sex. Et pars ista habet quatuor particulas quae patebunt in processu. 25

⟨*Particula prima*⟩

In prima particula habet conclusionem quartam, quae est ista: Quod civitas est naturalis. Probatur tripliciter. Primo sic: illud, quod constituitur ex naturalibus, est naturale; civitas constituitur ex domibus et vicis, quae sunt res naturales; ergo civitas est naturalis. Secundo probatur sic: illud, quod est fi- 30

23 *Pol.* 1.2, 1252b30.

4 principalissimo] *in mg.* V¹ *corr. ex specialissimo* V 27 conclusio quarta *in mg.* V

nis naturalis processus, est naturale; civitas est huiusmodi, quod patet, quia domus naturalis est et ipsa naturaliter procedit in vicum naturalis et vicus in civitatem et ibi est status. Tertio probatur sic: cuius finis proprius est naturalis, ipsum est naturale; sed finis proprius civitatis est naturalis; ergo etc. 5 Minor probatur per hoc, quod finis proprius civitatis est per se sufficientia ad vitam, et hoc est naturalissimum—omnes enim hoc appetunt. Ergo civitas est naturalis.

Hic est notandum quod domus potest accipi dupliciter, scilicet vel pro composito ex lapidibus et lignis, vel pro communitate personarum existentium in domo. Et eodem modo potest civitas accipi vel pro composito ex domibus et vicis, vel pro communitate hominum inhabitantium. Primo modo nec domus nec civitas est naturalis sed artificialis, quia fiunt et complentur per artem, et etiam non fiunt uno modo apud omnes—et quae sunt a natura fiunt uniformiter in maiori parte: omnes enim aves eiusdem speciei uniformiter faciunt nida sua, sed non omnes domos nec omnes civitates fiunt uniformiter, ut de patet. Sed accipiendo domum et civitatem secundo modo, scilicet pro communitate seu societate hominum, ita tam domus quam civitas est a natura inchoative et est completive ab electione; per electionem enim hominum complentur huiusmodi societates seu communitates. 10 15

⟨*Particula secunda*⟩

20 *Ex hiis igitur.* Haec est secunda particula, in qua ponitur secunda conclusio et tertia, quas infert ex praedictis; et primo infert conclusionem quintam totius libri, quae est quod homo est naturaliter animal civile. | Probatur sic: animal quod naturaliter appetit civitatem naturalem animal civile; homo est huiusmodi; ergo etc. Minor declaratur per hoc quod homo naturaliter appetit 25 generare, ergo appetit domum perfici in pueris. Domus autem appetit vicum et vicus civitatem, et omnia ista sunt secundum impetum generationis; et sic patet minor. Et aliter potest minor probari per hoc quod homo naturaliter appetit per se sufficientiam, et per se sufficientia in sola civitate consistit; ergo etc. Et quia homo est naturaliter animal civile, ideo homo qui incivilis existit—non propter fortunam sed propter naturam—aut pravus est aut 30 melior quam homo.

Sciendum quod aliquis est extra civitatem aut propter fortunam, ut quia est pauper et habitat in campis colens agros aut pascens gregem, aut propter

20 *Pol.* 1.2, 1253a1.

10 nota qualiter civitas est naturalis et qualiter non *in mg.* V 21–22 et¹ ... libri] *in mg.* V

aliquam aliam fortunam est separatus a civitate. Alio modo est aliquis separatus a civitate propter naturalem conditionem, et tunc talis vel est melior quam homo, quia habet sufficientiam in vita solitaria, quod communiter humana natura non patitur; aut est pravus et corruptus secundum naturam. Unde tali maledixit Homerus dicens eum esse insocialem (id est, sine iugo amicitiae), illegalem (id est, sine lege), sceleratum (id est, sine iugo rationis rectae). Et quia talis est sine iugo rectae rationis et amicitiae, ideo est affectator belli velut animal rapax nullum habens iugum.

Quod autem civile animal. Non solum sequitur quod homo sit naturaliter civilis et socialis sed quod est magis socialis quam aliquod aliud animal. Et hoc declarat Philosophus, et potest poni conclusio sexta, scilicet quod homo est naturaliter magis socialis seu gregalis quam aliquod aliud animal. Probat-ur sic: illud animal est magis sociale seu gregale, cui natura plus dedit de hiis, quae pertinent ad associationem vel communicationem; sed natura dedit homini plus de hiis, quae pertinent | ad associationem seu communicationem quam alicui alii animali; ergo homo est naturaliter magis socialis seu gregalis sive communicativus quam aliquod aliud animal. Maior patet per hoc quod natura nihil agit frustra. Et minor declaratur sic: ad socios et ad communicantes ad invicem pertinet quod significant sibi invicem nociva et proficua, et illa significantur per vocem et per sermonem. Sed alia animalia ab homine non habent sermonem sed solum vocem, per quam significant sibi invicem delectabile et tristabile. Usque enim ad hoc pervenit eorum virtus naturalis, quod possunt significare sibi invicem delectabile et tristabile. Sed natura ultra vocem dedit homini sermonem, qui habet plus de natura associationis quam vox. Nam sermo secundum se est ad ostendendum alii secundum rationem, quid est bonum, quid malum, iustum et iniustum, expediens et nocivum, et ideo datur sermo homini secundum quod rationalis est. Sic igitur patet quod natura dedit plus de hiis quae pertinent ad societatem homini quam alicui alii animali, quia homini dedit vocem et sermonem et aliis animalibus dedit solam vocem. Cum igitur natura nihil faciat frustra et dedit homini sermonem, qui pertinet ad societatem, et aliis animalibus non sed solam vocem, manifestum est quod homo est magis socialis aliis animalibus. Nec obstat quod quaedam irrationabilia, ut aves, quandoque loquuntur, quoniam talis loquutio non est sermo secundum quod Philosophus hic loquitur. Nam sermo exprimit conceptum mentis proferentis sermonem, aliter non est sermo. Sed per locutionem avium non exprimitur conceptus loquentis.

5–8 *Pol.* 1.2, 1253a5–7 9 *Pol.* 1.2, 1252a7.

11 conclusio sexta *in mg.* V

⟨*Particula tertia*⟩

Et prius itaque. Haec est tertia particula in qua ponitur tertia et quarta conclusio, quae sequuntur ex dictis in prima parte. Dicit igitur quod licet secundum viam generationis homo, domus, vicus praecedant civitatem, tamen secundum naturam et secundum viam naturae civitas est prior hiis, scilicet
 5 quam homo aut domus | aut vicus. Et haec est conclusio quarta huius libri. V 5vb
 Probatur sic: homo, domus, vicus sunt partes integrantes civitatem et civitas est totum respectu horum, et totum est prius secundum naturam et secundum perfectionem quam partes. Ergo secundum naturam et secundum viam perfectionis civitas est prior quam homo vel domus vel vicus.

10 Quod autem totum sit prius natura quam aliqua eius pars patet per hoc, quod totum est perfectius qualibet sua parte. Hoc etiam patet per hoc quod pars non habet perfectionem suam nisi a toto. Si enim pars separetur a toto, non habet operationem propriam, sine qua non habet naturam propriam, quoniam omnia secundum operationes proprias definiuntur. Manus enim
 15 separata a corpore non habet opus manus nec est manus nisi aequivoce, ex quo caret virtute naturali ad operandum opus vitale conveniens manui. Et sicut corpus humanum se habet ad membra ex quibus integratur, sic civitas se habet ad partes praedictas. Nulla enim pars civitatis separata a civitate per se habet sufficientiam, habet tamen existens in toto. Sola enim civitas est
 20 vel esse potest per se sufficiens, et si quis non potest esse pars civitatis nec communicare cum communitate civitatis, si fortuna non sit causa, aut est peior quam homo ut bestia existens, aut melior quam homo ut deus existens nullius alterius indigens auxilio.

Nota quod aliquid dicitur prius secundum naturam dupliciter. Vel quia
 25 est perfectius; sic civitas est prior secundum naturam quam domus vel vicus. Alio modo dicitur prius secundum naturam, quod potest esse sine alio et aliud non potest esse sine eo; et sic domus est prior secundum naturam quam civitas.

Item, ista propositio “pars separata a toto non habet propriam operationem” habet intelligi de parte, quae corrumpitur per separationem a toto, cuiusmodi sunt partes animalium perfectorum et aliorum consistentium in ordine ad unum finem, sed non est verum de qualibet parte, quia in animatis et in quibusdam animatis imperfectis pars per separationem a | toto non
 30 corrumpitur nec in illis corrumpitur pars per corruptionem totius. V 6ra

1 *Pol.* 1.2, 1252a18–19. **29–30** Cf. *Pol.* 1.2, 1253a20–23; Auctoritates Aristotelis 252 (7): “Pars separata a toto non remanet, nisi aequivoce.”

5 conclusio quarta *in mg.* V

Notandum tamen est quod si pars et totum accipiantur pro hiis, quae haec nomina ‘totum’, ‘pars’ significant, sic ad destructionem totius sequitur destructio partis et econtra, quia pars et totum hoc modo sumpta sunt relativa, et relativa posita se ponunt et perempta se puniunt. Sed si pars et totum accipiantur pro hiis, quae haec nomina denominant, ut pro rebus quarum una est totum et altera pars, sic in quibusdam totum corrumpitur per separationem partis a toto, et pars non corrumpitur per separationem eius a toto, ut patet de eo cuius forma extenditur ad extensionem totius materiae suae. In talibus enim, si separetur vel corrumpatur pars, non remanet idem totum quod prius. Pars tamen remanet eadem, quia habet eandem formam quam prius. Sed in aliis, in quibus ultima forma, per quam totum reponitur in specie, extenditur in determinata parte materiae, sicut in brutis, ibi ad corruptionem totius sequitur corruptio partis. Et non est universaliter verum nisi loquendo de parte in qua forma extenditur, vel de parte illius partis, ut patet. Nam ad corruptionem auris vel pedis asini non sequitur corruptio asini, quia forma ultima asini est in corde, et non est in aure nec in pede. Sed loquendo de toto cuius forma nullo modo extenditur in materia, cuiusmodi totum est homo, sic ad corruptionem totius sequitur corruptio cuiuslibet partis integralis formalis. Intelligendo per partem integram formalem partem perfectam per formam totius, cuiusmodi sunt manus hominis et pes et sic de aliis partibus, prout perficiuntur per ultimam formam hominis. Partes tamen integrales remotae, quae possunt dici partes integrales materiales, non corrumpuntur ad corruptionem totius. Unde cum Philosophus dicit quod corrupto toto non remanet pars, ut civitate corrupta non remanet civis, loquitur de parte integrali formali. Civis enim est pars integralis formalis civitatis et iste homo, | ut Sortes vel Plato, est pars integralis materialis civitatis.

⟨Particula quarta⟩

Natura quidem igitur. Haec est quarta particula, in qua ponitur quinta conclusio, quae sequitur ex praedictis. Et primo dicit narrando quod natura inchoat communitatem civitatis in quantum habet impetum et inclinatur ad eam. Non tamen perficit eam, sed industria humana eam perficit. Et ex hoc concludit

27 *Pol.* 1.2, 1253a29.

2 significant] *in mg.* V¹ *corr.* ex significat V nota in quibus est verum et in quibus non quod pars corrumpitur per separationem eius a toto *in mg.* V¹ 4 puniunt] *ut vid.* V 11 specie] V¹ *corr.* ex spem V 13 verum] *in mg.* V¹ *corr.* ex unum V 25 nota pars integralis quaedam formalis/materialis *in mg.* V¹

conclusionem quae huius partis, quae est octava huius; et est quod *ille qui primo instituit civitatem fuit hominibus causa maximorum bonorum*. Probatur per hoc quod ille, qui primitus instituit civitatem, posuit hominem in optimo statu, faciens eum regulatum secundum iustitiam et virtutem, et sic fecit eum optimum animalium, quia perfectum secundum iustitiam et virtutem, et per consequens fuit hominibus causa maximorum bonorum. Et sicut homo regulatus per iustitiam et virtutem est optimum animalium, sic econtra, *qui est separatus a lege et iustitia est pessimum animalium*. Et haec est conclusio nona.

10 Probatur sic: quanto aliquis separatus a lege et iustitia est magis potens ad malefaciendum, tanto est peior; sed homo separatus a lege et iustitia est magis potens ad malefaciendum quam aliquod aliud animal; ergo homo separatus a iustitia et a lege est pessimum animalium. Maior patet, nam iniustitia habens arma—hoc est scientiam et potestatem ad malefaciendum—est
15 saevissima.

Saevissima enim est iniustitia habens arma. Sicut enim homo armatus potest magis nocere quam homo non armatus, ceteris paribus, sic malus habens scientiam et potentiam ad nocendum magis potest nocere quam ille, qui praedicta non habet. Et sic patet maior. Et minor patet, nam homo inter omnia
20 animalia nascitur habens principia ad prudentiam et virtutes. Habet etiam robur corporis et organa convenientia ad operandum, ut secundum ista perficiatur in bono. Cum autem fuerit sine lege et iustitia, pervertit illa et faciet ea arma ad malefaciendum, et ita fit magis potens ad malefaciendum quam aliquod aliud animal. Propter quod talis sine virtute existens, quia est corruptus
25 secundum potentiam irascibilem, | et est scelestissimus, silvestris et crudelis, absque omni affectione a iugo amicitiae. Quia etiam talis est corruptus secundum concupiscibilem, ideo est pessimus quoad venerea et voracitatem ciborum. Quia etiam est corruptus secundum partem rationalem, ideo omnium malitiarum est inventor. Et quia habet virtutem corporis, scilicet robur
30 corporale, ad scelerata audacior efficitur.

V 6va

1–2 *Pol.* 1.2, 1253a30–31: “Qui autem primus instituit, maximorum bonorum causa”. 7–8 *Pol.* 1.2, 1253a32–33: “separatum a lege et iustitia pessimum omnium”. 16 *Pol.* 1.2, 1253a33–34: “Saevissima enim iniustitia habens arma”.

1 conclusio octava *in mg.* V 7 conclusio nona *in mg.* V